

liter, & mysticè deducta. Tom. 7. in ho-
mili. hiemal. de sanctis, homil. in galli canu
Natalis Domini. col. 298. & seq.

Eiusdem, homilia in Euangelium
quod legitur in aurora natalis Domini,
multa valde consideranda docet.
I. Priuilegium hodiernæ diei, quando
Angelus, cum claritate apparuit, qui
sic in veteri testamento nusquam visus
fuit. II. Pastores ouium figurare pasto-
res animarum. III. Modum cum pasto-
ribus transeundi vsque Bethleem. IV.
Quomodo in contemplatione Diuino-
rum mysteriorum inherendum. V.
Christi nati gloriam silentio non celan-
dam. VI. Virginis Matris spiritalē
exercitum. *Ibid. col. 303. & sequent.*

Eiusdem homilia in vltimæ missæ E-
uangelium, varia hæreticorum dog-
mata euangelicis verbis discipuli di-
lecti, confutat, & textum percurrēdo
suo more commentatur. *Ibid. col. 306.
& seq.*

Eiusdem, sermo de Natiuitate in il-
lud. *Apparuit benignitas & humanitas, &c.*
Virginitatē Mariæ in partu, dau-
idico testimonio explicat, Christum
Dominum grano in quo quatuor no-
tantur, assimilat, & cur hodie tres mis-
sæ celebrentur, rationes affert. *Ibid.*
serm. de diuersis col. 359.

S. BERNARDI sermo primus,
commendat humilitatem. verbi in-
carnati, abbreviati, humiliati, & exi-
paniti exemplo, ostendit misericordiæ
Diuinæ effusionem in præsentī myste-
rio; docet inimicorum hominis profliga-
tionem, mortis, (scilicet, & peccati,) in-
carnationis Christi, finem esse; Po-
stremò de quinque fontibus saluatoris
dissert, misericordiæ nimirum ad cul-
pas aqua remissionis diluendas; sapien-
tiæ, ad sitim nostram aqua discretionis
extinguendam; gratiæ ad animas ve-
luti plantas aqua deuotionis irrigandas;
charitatis, ad corda aqua feruenti ca-
lesfacienda, & affectiones decoquen-
das; vitæ, ad fideles torrente voluptatis
inebriandos. Pulchrè admodum. *Serm. I.*
in Natiuit. col. 55. 56. 57. 58.

Eiusdem, sermo secundus de tribus
mixturis, cuius hæc est summa; Opera

Domini magna sunt, verum præcipue
tria creationis, videlicet, redemptio-
nis, & glorificationis, quæ commixtio-
nes dici possunt: In primo enim opere
conglutinauit limum terræ, spiritui
vitæ; corpus, animæ; carnem spiritali
creaturæ; hoc opus signauerat annulo
imaginis & similitudinis suæ, sed ini-
micus homo fregit sigillum, & opus
dissoluit; vnde & iurgium, bellum in-
ter carnem & spiritum; quod videns
summus rerum artifex, fecit potentiam
in brachio suo, & iterum appli-
cavit manum ad opus, & alteram com-
mixtionem effecit. In hoc secundo o-
pere, coadunauit in vnitatem personæ
Verbum, animam, & carnem: Tunc
enim Verbum caro factum est & habi-
tauit in nobis; & hoc opus nouum sigillo
propriæ imaginis, & caractere Diui-
nitatis muniuit. In tertio autem opere
commixturam aliam faciet totius ho-
minis cum semetipso, & tunc similes ei
erimus & erit Deus omnia in omnibus.
Serm. 2. in Nat. col. 58. 59. 60.

Eiusdem, sermo tertius ex huius Na-
tiuitatis circumstantijs quinque docu-
menta colligit. I. id melius, id vtilius,
id potius eligendum esse, quod carni est
molestius, cum Christus hieme natus,
& pannis sit inuolutus. II. ostentatio-
nem propriæ virtutis fugiendam, cum
Christus noctis tempore voluerit nasci.
III. mundi gloriam, sæculicæ vanita-
tatem damnandam, cum Christus sta-
bulum pro palatio elegerit. IV. carnis
luptates contemnendas, cum Christus
pro nobis inter arcta conditus præsepia
plorauerit. V. & vltimò laborem pro
posse assumendum, cum pastores gre-
gibus pascendis operam dantes Ange-
lico digni habiti sunt alloquio. *Serm. 3.*
in Natiuit. col. 60. 61. 62.

Eiusdem, sermo quartus de eo, quod
pastores inuenerunt Mariam & Ioseph.
& infantem positum in præsepio. Hu-
militatem Christi nati, cum Angelo
qui pastoribus apparuit, commendat;
hæc est enim, quia mediante inue-
nitus Mariam, Ioseph, & infantem,
(continentiam, intelligit, iustitiam
& gratiam) *Serm. 4. in Nat. col. 62. 63.*